

NON MIRUM EST HOMINES MORI.

## Orat. Funeb. XIX.

Job cap 14. v.1. Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, &c.

Non mirum est homines mori.



UOD videmus nonnullos homines juvenes, & corpore validos, ægrotare & mortem etiam oppetere: id nobis mirum videri minimè debet. Nam & olim & quovis tempore idem fieri, experientia testatur. Et DEUS hanc naturæ humanæ necessitatem imposuit, ut homo sit mortalis, & ut statim à natiuitatis momento incipiat mori. Dicimus quidem infantes & pueros crescere & vegetari, quum tamen ipsi decrescant, & semper ad mortis limitem propinquent: Ideo Jobus hîc dicit: *Homo natus, &c.* Singuli igitur & senes & juvenes, quovis momento ita comparati ad mortem sint, ut libenter & sponte, cum opus est, commoriantur.

Rationes.

Ergo ad moriendum semper parati sumus.

Locus.

Lux alma Sancti Spiritus, Nobis ad esto cælitus, ut hinc & inde dicere, ac Audire possimus bene.

Observabimus aut ex hoc textu hos locos.

1. Descriptionem miserie vite humane, 1. quo ad initium. 2. progressum. 3. & exitum ejusdem. 4. Consolationem: neminem ante constitutum à Deo diem mori. 5. Causam miserie humane.

1. De